Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



24

tustatis squalorib; emundet. ut omis homo hoc sacra
mentum regenerationis ingressus in uere innocentie
nouam renascat infantiam. Per ei q uenturus. Tunc in
fundat oleum & chrisma lenta modica uoce dicens. Fecundet
& sciificet fons iste renascentib; ex eo in uitam eternam.
Amen. Ad chrisma. Infusio chrismatis saluificet hanc
aquam in nomine patris & filii & spi sci. ut fiat fons
aque salientis in uitam eternam. Amen. Postea dicat sacer
dos. Quis uocaris. ill. Abrenuntias satane. ℟. Abre
nuntio. Et omib; opib; eius. ℟. Abrenuntio. Et om
nib; ponpis eius. ℟. Abrenuntio. Credis in dm patrem
omipotentem creatorem celi & terre. ℟. Credo. Credis &
in ihm xpm filium eius unicum dnm nrm natum &
passum. ℟. Credo. Credis & in spm sem scam eclam
catholicam secq communionem. remissionem peccatorq.
carnis resurrectionem. sit uitam eternam. ℟. Credo. Vis
baptisari. ℟. Volo. Tunc pbr ter mergendo dicat.
Et ego baptizo te. N. in nomine patris. & filij. & spi
sci. Statim de chrismate crucem cum pollice in uerti
ce faciens dicat hanc orationem in ipso ad huc fonte
tenentib; patrinus ⁊ matrinus infantib; usq; dum chris
mentur. & cupula. i. albis induantur. Ds omips pat
dni nri ihu xpi qui te regeneauit ex aqua & spu sco
quiq; dedit tibi remissionem omniu peccatorq. ipse
te linit chrismate salutis in uitam eternam Amen.